

MACHINARVM

P R O P . X X I I .

Noua machinæ structura non vulgaris, ad palos oblique defigendos in aquam, ut recta defixi priores pali plus virium obtineant ad ea quæ superstrneuda veniunt.

Declaratio 23. figura.

Non multa mihi hoc loco dicenda esse puto cum ipsa sese patefaciat figura, quæ in compagnie vulgaris est, sed arietè ab aliis differt quod oblique insideat. Et sanè commoditas illius non parua est cum talia sàpè requirantur.

P R O P . X X I I I .

Noua forma, qua proximis duabus machinis deuinciuntur inter se qualibet parte ipsi pali, ad ædificiorum superstruendorum perpetuam firmitatem.

Declaratio 24. figura.

Duabus antecedentibus rationem palorum figendorum docuit. Priore ad perpendicularum posteriore verò oblique. Iam operis constructi formam hic depictam offert ut intellecta ratione minus inutilia censeantur superiora.

P R O P . X X V .

Noua moletrina trusatilis structura, ad premendos & parados pannos & chartam, & teranda aromata, & comminuenda saxa metallis grauida, ut fusioni parentur necnon ad perpolienda & accuenda ferri quævis instrumenta solutis tollenonibus & pistillis.

Declaratio 25. figura.

Motus huius vis ex grandiori rata procedit & minoribus eam commouentibus, operariorum vno parte superiori, altero parte inferiori nitente, cetera ex vulgaribus machinis ad terendū puluerem bombardicum, accipi possunt. Sed tamen ea quæ ad eleuationem pistillorum attinent notabis.

P R O P . X X VI .

Noua forma moletrinarum quibus parua hominum manu, tantundem farina, penè reddetur, quantum duabus aliis moletriniis vel vento vel aqua circumactis, suppeditari solet.

Declaratio 26. figura.

Huius rei notitia in demonstratione consistit. Itaque ut partes oculis subiiciantur intelliges primò motus vim ex rota grandiori commota procedere, quæ ab aliis adiuta multum ad machinæ utilitatem potest. Igitur in eodem plano sunt compago moletrinæ & tornus vergens ad meridiē, cuius hæ sunt partes, nempe duæ rotæ & Timpanū intermediū, in quo circumuoluta catena est, quæ maioris rotæ ambitum circundat eo modo ut apud nos sunt funes in mulierum Rumbis siue panuelliis. In axis maioris rotæ extremitatibus duæ sunt rotæ minores, vna ad orientem altera ad occidentem, cum manubriis ut in antedictis, quæ omnes tātum efficiunt motum quo aliis maior esse non potest. Reliqua quæ ad motum pertinent sunt ut in vulgaribus molendinis quas si qui viderint hæc facile percipere poterunt.

P R O P . X X V I I .

Noua molendi ratio qua duorum hominum opera, citra aquarum aut ventorum vim, tantum farinæ tritici de- promittur, quantum apto loco aquis aut ventis abunde suppetentibus solet.

Declaratio 27. figura.

Clarè oculis subiiciuntur meo iudicio quæ huius sint figuratæ machinæ, sed tamen placet exponere. Motus autem ut iam sàpè in aliis diximus à commotione rotæ grandioris oritur, hic enim est rota maxima quæ modiolo iungitur radiis pyramidem constituentibus; hoc autem notabis ex cochlea apparente eam inseruire ad eleuādam aut deprimendam molam lapideam fixamque esse & cardinis loco constitui, ut ea cochlea imposita in centrum modioli rota libere circumagi possit. Tribus autem partibus constat tota machinatio rotularis, in quarū minima apparent clavuli qui pelluntur iis brachiolis quæ crucis formam repræsentant, quæque in axe rotarum videntur, hæ rotæ sunt ad orientem & occidentem distantes inter se l.m.16.p. Reliqua apparent.

P R O P . X X V I I I .

Moletrina equatilis conficienda noua ratio quæ vībus multorum satis sit futura et si minus aqua suppetat, quam